

CHAPITRE VI.

Continuation du Sermon sur la montagne.

De l'aumône. De la prière. Du jeûne. Des vrais biens. L'œil simple. L'avarice. Confiance en la Providence.

1. Ainsi prenez garde de ne pas faire votre justice devant les hommes, pour en être considérés; autrement vous n'en recevrez point de récompense de votre père qui est dans le ciel.

2. Lors donc que vous donnez l'aumône, ne faites point sonner la trompette devant vous, comme font les hypocrites dans les synagogues et dans les rues, pour être honorés des hommes. Je vous le dis en vérité: ils ont reçu leur récompense.

3. Mais lorsque vous faites l'aumône, faites-la de manière que votre main gauche ne sache pas ce que fait votre main droite;

4. Afin que votre aumône se fasse en secret: et votre père céleste qui voit dans le secret, vous en rendra la récompense.

5. De même, lorsque vous priez, ne faites pas comme les hypocrites, qui affectent de prier en se tenant debout dans les synagogues et au coin des rues, pour être vus des hommes: je vous le dis en vérité, ils ont reçu leur récompense.

6. Mais pour vous lorsque vous voudrez prier, entrez dans votre chambre; et après en avoir fermé la porte, priez votre père en secret: et votre père, qui voit dans le secret, vous en rendra la récompense.

CAP. VI. — 1. *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus.* Après nous avoir fait connaître la loi nouvelle dans ses préceptes et ses conseils les plus élevés, Jésus-Christ nous dit de quelle manière nous devons l'accomplir. L'intérêt et la vaine gloire étaient le mobile des Juifs et des païens, Jésus prémunit ses disciples contre ce double défaut. Nous sommes les serviteurs de Dieu, c'est pour sa gloire que nous devons travailler, et non pour la nôtre, et c'est de lui et non du monde que nous devons attendre notre récompense.

2. *Noli tuba canere.* Si les pharisiens ne faisaient pas sonner de la trompette pour réunir les pauvres, ils faisaient grand bruit de leurs aumônes, et Jésus se sert de cette expression parce qu'il les compare à ces charlatans, ou à ces histrions qui sonnaient de la trompette pour réunir le peuple et l'appeler à leurs jeux. Les représentations théâtrales étaient devenues très-fréquentes en Judée, depuis que l'hellénisme s'y était introduit, et cette expression est une allusion à l'annonce de ces jeux scéniques.

CAP. VI. — 1. *Attendite. Caveto. — Justitiam.* In græco est, ελεημοσύνη, eleemosynam: sed noster interpres legit δικαιοσύνην, justitiam, opera virtutis. — *Mercedem non habebitis apud patrem vestrum.* Habebitis apud homines inanem gloriolam, de qua n. 2 et 5, dicitur: *Receperunt mercedem suam*, a Deo autem non habebitis.

2. *Noli tuba canere.* Figurata locutio, qua significatur vitandam ostentationem in bonis operibus. Non desunt graves auctores qui existimant morem fuisse phariseorum et aliorum hypocritarum, ut cum vellent pauperibus eleemosynas dare, tuba eos convocarent. Ita hunc locum explicat Lyranus, Cajetanus, Abulens, Jansen, et alii. — * *Hypocrite.* Quorum mores sunt: ut ita dicam, personati. Vetus est dictum. *Totus mundus exercet histrioniam.* — *In synagogis et in vicis.* Ubi major est populi frequentia. — *Receperunt mercedem suam.* Vide dicta n. 1.

3. *Nesciat sinistra tua.* Est hyperbolica locutio, cujus sensus est: adeo debere nos justitiam nostrae testes effugere, ut si sinistra oculos haberet, videre non posset quid faciat dextera. Simile præceptum Ecclesiastici dicitur: *Conclude eleemosynam in corde pauperis*, c. 29, n. 15; quasi dicat: Eleemosyna occultissime fiat.

4. *In abscondito.* Deo tantum et tibi cognita.

5. *Qui amat.* In græco est, ὅτι φιλοῦσι, quia amat. — *In angulis platearum.* In compitis, ubi viæ diversæ concurrunt, adeoque major est quam alibi hominum frequentia. — *Stantes.* Quod sic fere Judæi orarent. Vide Marc., 11, 25. Phariseus etiam, Luc., c. 18, stans orat; et apud Nehemiam, c. 9, n. 5, populus ad preces jubetur consurgere. Vel certe stantes idem est ac manentes, in loco fixi consistentes et immobiles, quasi homines animo in cælum rapti.

6. *Intra in cubiculum tuum.* Non improbat morem in publico orandi; sed tantum intentionem animi corrigit. Qui enim in cubiculo orat, et id vult ab aliis sciri ad captandam inanem gloriam; is in platea orat, et tuba ante se canit; qui vero in publico orat, sed gloriam inanem non aucupatur, is perinde facit ac si oraret intra cubiculum suum.

1. *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.*

2. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

3. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua;*

4. *Ut sit eleemosyna tua in abscondito, et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

5. *Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

6. *Tu autem, cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

7. Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.

8. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

9. Sic ergo vos orabitis: a Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum. [a Luc. 11. 2.]

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.

11. Panem nostrum supersubstantialium da nobis hodie.

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo. Amen.

7. Or en priant n'affectez pas de parler beaucoup, comme font les païens, qui s'imaginent qu'à force de paroles ils seront exaucés.

8. Ne vous rendez donc pas semblables à eux: car votre père céleste sait de quoi vous avez besoin avant que vous le lui demandiez.

9. Voici donc comme vous prierez: Notre père qui êtes dans les cieux, que votre nom soit sanctifié.

10. Que votre règne arrive. Que votre volonté soit faite dans la terre comme au ciel.

11. Donnez-nous aujourd'hui notre pain qui est au-dessus de toute substance,

12. Et pardonnez-nous nos offenses, comme nous pardonnons nous-mêmes à ceux qui nous ont offensés.

13. Et ne nous laissez pas succomber à la tentation; mais délivrez-nous du mal. Ainsi soit-il.

8. *Nolite ergo assimilari eis.* Les pharisiens portaient à la frange de leurs manteaux des inscriptions où on lisait les sentences de la loi. Ils s'arrêtaient avec ostentation dans les rues et sur les places publiques pour les méditer, s'autorisant de ces paroles de la loi: *Meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere* (Deut., VI, 7).

11. *Panem nostrum supersubstantialium.* Ce mot équivalait au mot latin *supra essentialium*, qui nous est essentiel et absolument nécessaire pour notre subsistance. Le même mot grec qui est ici traduit par *supersubstantialium*, est traduit dans saint Luc par *quotidianum*. Ces deux expressions ont en effet le même sens. Jésus-Christ veut que nous demandions le nécessaire pour le présent, et que nous nous reposions sur sa Providence pour l'avenir. Plusieurs saints Pères donnent à ces paroles un sens plus élevé, et les entendent du pain eucharistique, qui est le pain des âmes, l'aliment supérieur à toute substance.

7. *Nolite multum loqui.* In græco est, μη βάρυλογησατε, id est, ne futili verborum profusione utamini, aut ab aliis videri cupientes et magnificari, propter prolixam orationem, aut errorem ethnicorum sequentes, qui melius se putant a Deo intelligi, si inter orandum multum loquantur. — *In multiloquio.* Hebraismus, id est, propter multiloquium.

8. *Scit.* Adoque non verbis ad eum multis est opus, sed affectu.

9. *Sic.* In hanc sententiam, etiam si aliis verbis uti contingat. — *Pater noster.* Docet nos inchoare orationem a voce *Pater*, ut excitetur ad fiduciam impetrandi, et ut blando nomine Dei benevolentiam captemus. Porro cum dicimus *Pater*, non solam primam Trinitatis personam, sed totam Trinitatem appellamus. — *Noster.* Dicimus *noster*, et non *meus*, ut doceamur non tam propria commoda spectare quam proximorum, et ut intelligamus nos omnes fratres esse, unius filios patris, unius et ejusdem nobilitatis, ut notavit D. Augustinus, lib. 2, de Sermone Domini, c. 8. — *Qui es in cælis.* Est quidem Deus ubique, sed in cælis se magis manifestat: unde illud Psalmi 18, 1: *Cæli enarrant gloriam Dei.* — *Sanctificetur.* Sancte colatur, et honore afficiatur. — *Nomen tuum.* In Scriptura Dei nomen pro Deo ponitur: nomine enim cognoscitur, invocatur et celebratur.

10. *Adveniat regnum tuum.* Licet Deus ubique regnet, tamen quodammodo non pacifice regnat, nec sine hoste, quia multi illius voluntati et imperio rebelles sunt. Petitur ergo ut Deus absolute et sine adversario regnet. Sic enim dicimus: *Adveniat regnum tuum*, quemadmodum si filii patri pacificum regnum et victoriam contra hostes precarentur. — *Fiat voluntas tua.* Obediatur tibi ab omnibus in terra prompte, alacriter, exacte, sicut ab angelis obeditur in cælo.

11. *Panem nostrum supersubstantialium.* Luc., 11, 3, habemus, *panem nostrum quotidianum*, cibum quo indigemus quotidie, qui etiam appellatur supersubstantialis, quia supersubstantialium nostram advenit, et illi adjicitur. Vel dicitur supersubstantialis, quia ad conservandam humanam vitam magis prodest quam aliæ substantiæ, illasque in hoc superat. Vel certe quod probabilius existimo, panis supersubstantialis est anime cibus, verbum Dei, gratia, Eucharistia, etc., quo anime pascuntur et roborantur, et quo indigemus quotidie ad tentationes et hujus vitæ difficultates superandas. In græco est, ἄρτον τον ἐπιουσιον, quod hic interpretis vertit, *panem supersubstantialium*; in sancto autem Luca, ut dixi, *panem quotidianum*. S. Ambros., lib. 5 de Sacram., c. 4, vertit, *panem advenientem*, quia Græci, ut idem notat, ἐπιουσιον ἡμερων, *advenientem diem* vocant. Sic panis *adveniens*, ἄρτος ἐπιουσιος, ille est qui nobis quotidie advenit ad vitam sustentandam. Vulgatus cum vertit *supersubstantialium*, derivavit a nomine οὐσια, *substantia*, et præpositione ἐπι, quæ *super* significat.

12. *Dimitte nobis debita nostra.* Peccata nostra, quibus tanquam ære alieno obstricti tenemur Deo. Luc., c. 11, 4, est: *Dimitte nobis peccata nostra.* — *Sicut et nos dimittimus.* Videat quid dicat qui non dimittit. Petrus Chrysolog., serm. 71: *Homo, inquit, tu tibi misericordiæ factus es ipse mensura. Quantum quæris misericordiæ, fac tantum, etc.*

13. *Et ne nos inducas in tentationem.* Deserendo, seu permittendo superari; quasi dicat: Da gratiam tentationes vincendi. Vel quasi dicat: Ne nos permittas tentari, ne forte cadamus. — *Libera nos a malo.* Ἀπο του πονηρου, a maligno, a diabolo ejusque insidiis. * Potest etiam πονηρον accipi neutro genere, ut το πονηρον quodlibet malum comprehendat, et illud præsertim quod anime salutem incommodat. — *Amen.* Id est, ita sit. Vocem hebraicam LXX vertere solent ἡμετερο, *fiat*.

14. Car si vous pardonnez aux hommes les fautes qu'ils font, votre père céleste vous pardonnera aussi les vôtres.

15. Mais si vous ne leur pardonnez point, votre père céleste ne vous pardonnera point non plus les vôtres.

16. Lorsque vous jeûnez, ne soyez point tristes comme les hypocrites qui affectent de paraître avec un visage pâle et défiguré, pour faire voir aux hommes qu'ils jeûnent : je vous dis en vérité qu'ils ont reçu leur récompense.

17. Mais pour vous, lorsque vous jeûnez, parfumez-vous la tête, et lavez-vous le visage.

18. Afin de ne pas faire paraître aux hommes que vous jeûnez, mais seulement à votre père céleste, qui est présent à ce qu'il y a de plus secret : et votre père, qui voit dans le secret, vous en rendra la récompense.

19. Ne vous faites point de trésors dans la terre, où la rouille et les vers les consomment, et où les voleurs les dérobent.

20. Mais faites-vous des trésors dans le ciel, où ni la rouille, ni les vers ne les consomment point, et où il n'y a point de voleurs qui les dérobent.

21. Car où est votre trésor, là est aussi votre cœur.

22. Votre œil est la lampe de votre corps : si

17. *Unge caput tuum.* C'est une allusion aux usages des Juifs. Ils se couvraient de parfums, se lavaient le visage et se paraient de leurs plus beaux habits les jours de fête. Dans les jours de deuil, ils s'enveloppaient du sac de la pénitence, portaient un cilice, se couvraient la tête de cendres et prenaient un air triste; leur visage paraissait pâle et défat. On croit que les pharisiens se frottaient le visage avec certaines essences pour le rendre encore plus livide. C'était le fard de l'ostentation et de l'hypocrisie que Jésus condamne.

19. *Nolite thesaurizare.* Jésus-Christ a joint la doctrine du jeûne à celle de l'oraison et de l'aumône. Ce sont, dit Bossuet, trois sacrifices qui vont ensemble, selon cette sentence de Tobie : L'oraison est bonne avec le jeûne et l'aumône (Tob., XII, 8). Par l'aumône, on sacrifie ses biens; par le jeûne, on immole son corps; par la prière, on offre à Dieu les affections, et pour ainsi dire, le plus pur encens de son esprit. Jésus attaque ensuite l'avarice. Ne cachez pas vos trésors dans la terre. C'est la manie de l'avaré d'enfouir son argent, mais il y a sans doute ici une allusion aux habitudes des Juifs, qui, dans ces temps de guerre et d'invasion continuelle cachaient, pour la plupart, leur or et leur argent, pour s'en faire une ressource.

22. *Si oculus tuus fuerit simplex.* Cet œil simple, c'est la pureté d'intention. L'œil est simple quand l'intention est droite; et c'est de la droiture de l'intention que dépend le mérite de l'action.

14. *Si enim dimiseritis.* Reddit rationem cur dixerit : *Dimitte nobis debita nostra, etc.*

16. *Tristes.* Vultu tristitiam præferentes. Græce, *σθθρωποι*, id est, *tetrici*. — *Exterminant.* *Αεχνίζουσι*, conficiunt, corrumpunt, obscurant, vultus statum seu speciem naturalem mutant, pallore et severitate affectata. — *Receperunt mercedem suam.* Quam scilicet quaerunt, inanem gloriolam apud vulgus.

17. *Unge caput tuum.* Non jubet ut revera caput ungamus, sed ut jejunii fugiamus ostentationem, et hilaritatem potius et lætitiâ (quemadmodum qui more illius ævi caput in conviviis ungebant) præferamus. Solebant orientales populi in lætitiâ caput ungere, in mœstia vero ab unctione abstinere. * Jubet Christus ut præferamus vultum et habitum quotidianum, et ita nos geramus, ac si non jejunarem.

19. *Ærugo.* In græco est, *σνς*, vermiculus vestibis potissimum noxius. — *Tinea.* In græco est, *βρωσις*, erosio, adesio. Non est nomen animalis. — *Demolitur.* Consumit, corrumpit, erodit.

20. *In cælo.* Per opera bona, quibus id acquiritur.

21. *Ubi enim est thesaurus tuus.* Thesaurum cor sequitur; si ergo in terra thesaurum recondis, cor simul terra obruis. Id vero turpissimum est, hominem ad cœlestia natum, cor in terra et luto sepelire. In cælo ergo locandus thesaurus; sic enim eo cor tuum rapietur.

22. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Oculus corporalis fungitur officio lucernæ, quia sicut lucerna lumen præbet volentibus aliquid agere, ita oculus omnibus membris corporis veluti lumen præbet ut possint singula, suis officiis rite fungi. * Hinc oculi a Latinis dicuntur lumina, et a Græcis *φαει*. — *Si oculus tuus fuerit simplex.* Si oculus tuus fuerit purus, et nullo pravo humore vitiat, totum corpus lucidum erit, quia universa corporis membra ita illuminabuntur, ut possint singula recte sua peragere officia.

14. a Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester cœlestis delicta vestra. [a *Eccl.* 28. 3. 4. 5. *Infr.* 18. 35. *Marc.* 11. 25].

15. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

16. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes : exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

17. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava,

18. Ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito : et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra ubi ærugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur.

20. a Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt, nec furantur. [a *Luc.* 12. 33. *I. Tim.* 6. 19.]

21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.

22. a Lucerna corporis tui est ocul-

lus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. [a *Luc.* 11. 34.]

23. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quanta erunt?

24. a Nemo potest duobus dominis servire : aut enim unum odio habebit, et alterum diligit : aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonæ. [a *Luc.* 16. 13.]

25. a Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca; et corpus plus quam vestimentum? [a *Ps.* 54. 23. *Luc.* 12. 22. *Phil.* 4. 6. *I. Tim.* 6. 7. *I. Petr.* 5. 7.]

26. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea : et pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

27. Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

voire œil est pur et simple, tout votre corps sera éclairé :

23. Mais si votre œil est mauvais, tout votre corps sera ténébreux. Si donc la lumière qui est en vous n'est que ténèbres, combien seront grandes les ténèbres mêmes.

24. Nul ne peut servir deux maîtres : car ou il haïra l'un et aimera l'autre, ou il s'attachera à l'un et méprisera l'autre : ainsi vous ne pouvez tout ensemble servir Dieu et l'argent.

25. C'est pourquoi je vous dis : Ne vous inquiétez point où vous trouverez de quoi manger pour le soutien de votre vie, ni d'où vous aurez des vêtements pour couvrir votre corps. La vie n'est-elle pas plus que la nourriture, et le corps plus que le vêtement?

26. Considérez les oiseaux du ciel : ils ne sèment point, ils ne moissonnent point, et ils n'amassent rien dans des greniers; mais votre père céleste les nourrit. Ne lui êtes-vous pas beaucoup plus chers que des oiseaux.

27. Qui est celui d'entre vous qui puisse avec tous ses soins ajouter à sa taille la hauteur d'une coudée?

23. *Si autem oculus tuus fuerit nequam.* *Πορνός, vitiat.* *Πορνός*, dicitur proprie de malo moraliter, sed propterea evangelista in hac prima parte similitudinis usus est dictione que oculo spirituali potius convenit quam corporeo, ut intelligeremus ab oculo corporis transeundum esse ad oculum mentis, præsertim cum hæc similitudo suam apodosiam sive redditionem expresse non habeat. — *Totum corpus tuum tenebrosum erit.* Vitium oculi cadet in totius corporis perniciem, quia membra omnia erunt quodammodo in tenebris, nec suas exercere functiones poterunt, nisi impedit, et perinde ac si essent in tenebris. Porro similitudinis applicatio hoc pacto fieri potest : per oculum enim intelligere possumus mentem nostram, quæ si munda est et simplex, et nihil aliud respiciens aut intendens quam Deum, omnia opera nostra, quæ secundum eam operamur, clara erunt et lucida, hoc est, bona et probabilia : si vero sordidata fuerit appetit rerum abjectarum, quales sunt divitiarum thesauri, tenebrosa erunt, quantumvis aliqui lucida videantur, qualia sunt supra memorata, jejunium, oratio, elemosyna, etc. — *Si ergo lumen quod in te est.* Si ipsa intentio, quæ lumen quoddam est, tenebrosa fuerit, quia mala, ipse tenebræ, id est, actiones aliæ quæ de se lumen non habent, nisi illud a bona intentione mutuenter, quanta caligine malitiæ obsitæ erunt, * si ipsum mentis judicium corruptum sit, quam cæcos affectus sequi necesse est.

24. *Duobus dominis.* Diversis inter se, seu dissidentibus, et contraria imperantibus. — *Sustinebit.* *Ανδραγα*, amplectetur, retinebit illique adhaerebit. — *Mammonæ.* Divitiis; est vox syriaca, teste D. Hieronymo.

25. *Solliciti.* Anxii. Prohibet nimiam sollicitudinem quæ ex diffidentia divinæ Providentiæ proficiscitur, ut apparet ex n. 26, 28 et 30, et eam quæ a Dei servitute hominem distrahit, ut constat ex n. præcedenti. — *Animæ.* Pro de anima, id est; vita quam dat anima. *Nonne anima plus est quam esca?* Quasi dicat : Quis vobis animam et corpus dedit, nisi Deus? qui ergo quod majus esse dedit, dabit etiam quod est minus, escam scilicet quæ ad propagandam vitam est necessaria.

26. *Volatilia.* Quæ minus quam terrestria animalia habere solent industriæ ad quaerendum cibum; et quæ, cum sublimia ferantur per aerem, longius absunt a cibo. — *Cœli.* Ut distinguat a volatilibus domesticis, quæ hominum providentiâ aluntur. — *Pater vester.* Non dicit pater eorum, sed pater vester; quasi dicat : Si Deus illa, cum vilissima sint animalia, tamen providentissime pascit; quanto magis pacet vos, qui et homines, et ejus filii estis! — *Nonne vos magis pluris estis illis?* *Οὐκ ἔμειν μαλλον διαφέρτε αὐτῶν*, id est, nonne vos longe illis antecellitis, nonne illis longe præstantiores estis?

27. *Cogitans.* *Μετρωων*, quantumvis nervos ingenii contendat; quantumvis sollicite cogitando discretus se. — *Potest adjicere ad staturam suam cubitum unum.* Apud S. Lucam, 12, 25, ita legitur : *Quis autem vestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis?* Crediderim sententiam esse : si corpori vestro, quo nihil magis videtur esse in vestra potestate, nihil addere potestis, nec efficere, quantumvis concemini, ut tantillum sit procerius, quid solliciti estis et anxii circa ea quæ ab aliena pendent voluntate, et providentiâ divina, et non potius in Deo spem vestram locatis, cujus est res ita disponere, ut nihil vobis desit? * Vel sensus est : extra controversiam pluris sunt anima et corpus quam statura; parum enim refert qua statura sit aliquis. Quod si hoc, quod minus est, Deus efficit citra studium nostrum, quanto magis citra nostram anxiam sollicitudinem illa potiora in nobis conservabit, et ad illa tuenda quæ opus fuerint largietur?

28. Et pourquoi aussi vous inquiétez-vous pour le vêtement? Considérez comment croissent les lis des champs : ils ne travaillent point, ils ne filent point :

29. Et cependant je vous déclare que Salomon même dans toute sa gloire, n'a jamais été vêtu comme l'un d'eux.

30. Si donc Dieu a soin de vêtir de cette sorte une herbe des champs, qui est aujourd'hui sur la terre, et qui sera demain jetée dans le four, combien aura-t-il plus de soin de vous vêtir, ô hommes de peu de foi!

31. Ne vous inquiétez donc point en disant : Que mangerons-nous, ou que boirons-nous, ou de quoi nous vêtirons-nous?

32. Comme font les païens qui, recherchent toutes ces choses. Car votre père céleste sait que vous en avez besoin.

33. Cherchez donc premièrement le royaume de Dieu et la justice de Dieu : et toutes ces choses vous seront données comme par surcroît.

34. C'est pourquoi ne vous inquiétez point pour le lendemain, car le lendemain aura soin de lui-même : à chaque jour suffit son mal.

28. Et de vestimento, quid solliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt : non laborant, neque nent.

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.

30. Si autem fœnum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit : quanto magis vos, modica fidei?

31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.

33. Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus : et hæc omnia adjicientur vobis.

34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

CHAPITRE VII.

Continuation du Sermon sur la montagne.

Pas de jugement téméraire. Respect des choses saintes. Prière. Charité. Voie étroite. Faux prophètes. Dieu juge sur les œuvres. Bâtir sur la pierre et non sur le sable.

1. Ne jugez point, afin que vous ne soyez point jugés.

32. *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Jésus ne défend pas ici la prévoyance. Ailleurs il commande le travail, et il en a donné l'exemple. Mais il défend l'inquiétude de ces hommes sans foi qui ne comptent que sur leurs forces, leur habileté ou leur talent, et qui ne songent jamais à la Providence. Tout les effraie, et il semble que la terre va toujours leur manquer.

34. *Sufficit diei malitia sua.* Nous avons bien assez des maux présents qui résultent de notre condition, sans y ajouter encore une foule de maux chimériques que crée notre imagination, en nous représentant dans l'avenir des souffrances qui n'arriveront peut-être pas. Ces préoccupations vaines empoisonnent les jouissances du présent et fatiguent l'esprit en pure perte.

CAP. VII. — 1. *Nolite judicare.* Ce chapitre, dit M^r de Ginouilhac est employé tout en-

28. *Lilia agri.* Addidit agri, ut ab hortensibus distingueret, quæ hominum cura plantantur et aluntur. — *Non laborant.* Ut viri. — *Nent.* Ut femine.

29. *Nec Salomon.* Proponit exemplum Salomonis, cujus maxime celebres divitiæ, potentia, et sapientia; atque ne Salomonem quidem, etiam tum cum in summo fastigio gloriæ suæ erat, ita eleganter potuisse vestiri, ut lilia vestiuntur candidissimis et odoratissimis foliis.

30. *In clibanum mittitur.* Arentes enim stipulæ in clibanum, id est, furnum mittuntur, ad illum calefaciendum. — *Modica fidei.* Ολιγοπιστοι, parum Deo et illius providentiæ fidentes.

32. *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Sollicite et anxie, non fidentes divinæ providentiæ.

33. *Primum.* Ante omnia, præcipue et maxime. — *Regnum Dei.* Ut cum Deo regnetis, ita ut ad regnum illius cœleste perveniatis. Vel per regnum Dei intelligenda est Dei gratia, quam imprimis tanquam animarum nostrarum vitam querere debemus; sicut Luc., 17, 21 dicitur : *Regnum Dei intra vos est.* — *Justitiam ejus.* Αἰτίας, id est, Dei; neque enim referri potest ad regnum, alioqui dicendum fuisset, αἰτίας. Vocatur autem Dei justitia, quam ille nobis præscripsit, cum legem suam nobis dedit, ad cujus normam exigentes opera nostra, justitiam servamus, et justus sumus et sancti. — *Hæc omnia adjicientur vobis.* Videtur sumpta metaphora a rebus vilibus, quæ pretiosus aliquid ementibus gratis adjiciuntur. Mantissam Latini appellant; Itali, *la giunta.*

34. *Nolite ergo solliciti esse in crastinum.* Quandoquidem, si regnum Dei queratis, hæc omnia adjicientur vobis. S. Lucas dixit, 12, 29 : *Nolite in sublime tolli, µη περισπασθητε;* id est, ne sitis longa futuri sollicitudine suspensi. — *Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse.* Satis vobis sollicitudinis afferet ad querenda ea que, cum venerit, erunt in ipso necessaria. Non prohibet Christus omnem rerum temporalium sollicitudinem et providentiam, sed eam tantum que impedit quominus queramus regnum Dei, et que pluris facit temporalia quam æterna, hæc que priora et potiora esse debuerant, illis postponens. — *Malitia sua.* Afflictio et labor, qui unumquemque diem comitatur; quasi dicat : ne igitur laborem et afflictionem ante tempus percipere velitis.

CAP. VII. — 1. *Nolite judicare.* Curiose in aliorum mores et facta inquirendo, et ea dannando. — *Ut non judicemini.* Condemnemini a Deo justo judice.

2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini a et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. [a Marc. 4. 24.]

3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?

4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine ejciam festucam de oculo tuo; et ecce trabs est in oculo tuo?

5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

6. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos.

7. a Petite, et dabitur vobis : quærite, et invenietis : pulsate, et aperietur vobis. [a Infr. 21. 22. Luc. 11. 9. Marc. 11. 24. Joan. 14. 13. Jac. 1. 6.]

8. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quærit, invenit : et pulsanti aperietur.

9. a Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? [Luc. 11. 11.]

10. Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?

11. Si ergo vos, cum sitis mali, notis bona data dare filiis vestris; quanto

2. Car vous serez jugés selon que vous aurez jugé les autres, et on se servira envers vous de la même mesure dont vous vous serez servis.

3. Mais comment voyez-vous une paille dans l'œil de votre frère, tandis que vous ne voyez pas une poutre qui est dans votre œil?

4. Ou comment dites-vous à votre frère : Laissez-moi ôter la paille qui est dans votre œil, pendant que vous avez vous-même une poutre dans le vôtre?

5. Hypocrite, ôtez premièrement la poutre de votre œil, et alors vous verrez comment vous pourrez tirer la paille de l'œil de votre frère.

6. Gardez-vous bien toujours de donner les choses saintes aux chiens, et ne jetez point vos perles devant les porceaux, de peur qu'ils ne les foulent aux pieds, et que, se tournant contre vous, ils ne vous déchirent.

7. Demandez, et on vous donnera; cherchez, et vous trouverez; frappez, et on vous ouvrira.

8. Car quiconque demande, reçoit; et celui qui cherche, trouve; et l'on ouvrira à celui qui frappe.

9. En effet, qui est celui d'entre vous qui donne une pierre à son fils, lorsqu'il lui demande du pain?

10. Ou s'il lui demande un poisson, lui donnera-t-il un serpent?

11. Si donc vous, tout méchants que vous êtes, vous savez donner de bonnes choses à vos

tier à régler nos motifs, nos intentions dans le bien que nous faisons. Il règle d'abord nos sentiments intérieurs, par rapport au prochain, en défendant les jugements téméraires, et le zèle sans discernement (1-6). Il nous indique ensuite les moyens d'observer la loi évangélique qui sont : 1^o la prière (7-11); 2^o la pratique de la charité (12); 3^o l'énergie morale (13-15); 4^o l'éloignement des faux prophètes et de leur doctrine (16-21). Il termine en consacrant l'autorité de la loi, et en la sanctionnant comme juge souverain de tous les hommes (22 ad fin.).

6. *Nolite dare sanctum canibus.* Tout en défendant les jugements téméraires, Jésus ne veut pas que ses Apôtres agissent sans discernement. Dans l'enseignement de l'Evangile et dans l'administration des sacrements, il y a des règles de prudence à observer. Il faut que le zèle soit éclairé. Dans les premiers temps de l'Eglise, il y avait la loi du secret qui enveloppait les mystères principaux de la foi nouvelle. Aujourd'hui, on n'a plus les mêmes précautions à prendre relativement à la doctrine, mais pour les sacrements, il faut que les prêtres et les évêques regardent aux dispositions de ceux qui s'en approchent. On n'appelle pas aux ordres sans avoir éprouvé la vocation, on n'absout pas le pénitent qui serait sans contrition, et on ne donne pas l'Eucharistie aux indignes.

7. *Petite, et dabitur vobis.* Il est vrai, ajoute le P. de Carrières, qu'il faut beaucoup de lumière pour faire le discernement des bons et des méchants, des dignes et des indignes. Mais demandez, etc.

2. *In quo enim judicio judicaveritis.* Quales vos fueritis erga proximum, aut benigne illius facta interpretantes et excusantes, aut rigide judicantes et condemnantes, talem et vos Deum judicem experiemini. — *In qua mensura.* Repetitio ejusdem sententiæ; sensus enim est : talem se vobis Deus exhibebit, quales vos ipsi proximis. — *Remetietur.* Scilicet a Deo.

3. *Festucam.* Leves defectus. — *Trabem.* Gravia peccata.

6. *Nolite dare sanctum canibus.* Res sanctas nolite impuris et flagitiosis hominibus communicare, qui adeo ex illis non proficiunt, ut etiam eas rideant et indignis modis tractent. — *Conversi dirumpant vos.* Lacerent, sive dilanient quos honore prosequi debuissent, et gratias agere pro beneficio.

7. *Petite, et dabitur vobis.* Affirmantes promissiones frequenter sunt in Scriptura cum exceptione explicandæ, ut hoc loco; sæpe enim petimus, et non accipimus, vel quod male petamus, vel quod indigni simus, vel quod nobis non expediat, vel quod Deus aliquid aliud melius det quam id sit quod postulamus.

9. *Aut quis est.* Η τις εστιν, id est, *an quis est?* — *Quem si petierit.* Ον εχεν αιτησθαι. Quem dicendi modum, licet a consuetudine latini sermonis, abhorrentem, retinuit interpres, pro quo dicendum fuisset, a quo si petierit, ut etiam alibi græcismi et hebraismi frequenter occurrunt.

11. *Bona data.* Δοματα αγαθα, bona dona ad verbum, bonas donationes. — *Quanto magis pater vester.* Comparat patrem patri, cœlestem terrestri, Deum homini, bonitatem nequitie, ut a minori ad majus argumentetur.

enfants, à combien plus forte raison votre père qui est dans les cieus donnera-t-il les vrais biens à ceux qui les lui demandent *comme il faut*?

12. Faites donc aux hommes tout ce que vous voulez qu'ils vous fassent : car c'est là la Loi et les Prophètes.

13. Entrez par la porte étroite, car la porte large et la voie spacieuse est celle qui conduit à la perdition, et il y en a beaucoup qui y passent.

14. Que la porte de la vie est petite! et que la voie qui y mène est étroite, et qu'il y en a peu qui la trouvent!

15. Gardez-vous donc des faux prophètes qui viennent à vous vêtus comme des brebis, et qui au dedans sont des loups ravissants :

16. Vous les reconnaîtrez par leurs fruits : peut-on cueillir des raisins sur des épines, ou des figues sur des ronces?

17. Ainsi tout arbre qui est bon, produit de bons fruits; et tout arbre qui est mauvais, produit de mauvais fruits.

18. Un bon arbre ne peut produire de mauvais fruits; et un mauvais arbre n'en peut produire de bons.

19. Tout arbre qui ne produit point de bons fruits sera coupé et jeté au feu.

20. Vous les reconnaîtrez donc par leurs fruits.

21. Car tous ceux qui me disent à présent : Seigneur, Seigneur, n'entreront pas alors dans le royaume des cieus : mais celui-là *seul* y entrera, qui fait la volonté de mon Père qui est dans les cieus.

15. *Attendite a falsis prophetis.* Du temps des Juifs, ces faux prophètes étaient les pharisiens, les sadducéens, et en général tous les sectaires qui altéraient le sens et l'esprit de la loi. Parmi nous, les faux docteurs sont ces réformateurs sans croyance, qui sont en dehors de l'Eglise, et qui, sous prétexte d'indépendance, attaquent tous nos dogmes et bouleversent tous nos préceptes. Dans l'Eglise, ce sont les hérétiques et les schismatiques de tous les temps. Ces hommes ont toujours eu le caractère sous lequel Jésus les point. Ils ont cherché à séduire par de belles promesses, et ont dévoré ceux qui ont eu le malheur de les suivre.

20. *Igitur ex fructibus eorum.* Ce n'est pas à leurs discours flatteurs qu'il faut s'arrêter, mais à leurs œuvres. L'histoire est là, pour démontrer que, tous ces novateurs, ou tous ces esprits forts, qui ont fait la guerre à l'Eglise, ont toujours été les fléaux de la société.

12. *Vultis. Rationabiliter.* — *Hæc est enim lex, et propheta.* Hoc enim docent lex et propheta, hæc est summa omnium quæ in lege et prophetis continentur. Intelligit de legibus et monitis spectantibus ad mutua inter se hominum officia; nam præter hæc, alia sunt quæ ad Dei cultum pertinent. Per legem et prophetas totum vetus testamentum intelligit.

13. *Intrate per angustam portam.* Per arctam viam legis et mandatorum Dei intrate in regnum cælorum.

15. *Attendite. Cavete.* — *A falsis prophetis.* Falsis doctoribus, quales sunt hæretici, et illi omnes qui aliud opere exhibent, aliud habitu et sermone promittunt. — *In vestimentis ovium.* Ovina pelle contexti, et se pro opibus, aut pro pastoribus, quibus mos est indui pelle ovina, venditantes. Metaphora pellis ovine significat verba pia, opera charitatis, elemosynas, et ea omnia quibus impostores abutuntur ad fallendum.

16. *Fructibus. Operibus.* — *Tribulis.* Tribulus herba est rigidis et præduris spinis in foliis armata.

18. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Affert Dominus probabile admodum signum quo boni a malis, falsi prophetae et doctores a veris possint internosci, estque hujusmodi: quicumque bona faciunt opera, non semel, aut iterum, sed constanter et diu, hi boni sunt; qui mala eodem modo faciunt, hi mali sunt et cavendi.

19. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum.* Quemadmodum arbores infructuosæ exciendantur, ne frustra terram occupent, et in ignem mittuntur; ita et hominibus qui bonis operibus vacui erunt, eveniet, ut excisi e terra, mittantur in ignem inferni.

21. *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine.* Docet Christus non satis esse credere in ipsum, et audire verba ipsius, sed ad salutem necessarium esse ut quis audita opera præstet.

magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se?

12. *a Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc est enim Lex, et Propheta.* [a Tob. 4. 16. Luc. 6. 31.]

13. *a Intrate per angustam portam: quia lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem; et multi sunt qui intrant per eam.* [a Luc. 13. 24.]

14. *Quam angusta porta, et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam!*

15. *a Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: [a Luc. 6. 44.]*

16. *a Fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?*

17. *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.*

18. *a Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.* [a Luc. 6. 43.]

19. *a Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.* [a Supr. 3. 10.]

20. *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

21. *a Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* [a Infr. 25. 11. Luc. 6. 46.]

22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, a et in nomine tuo dæmonia ejecimus? et in nomine tuo virtutes multas fecimus? [a Act. 19. 13.]

23. Et tunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos: a discedite à me, qui operamini iniquitatem. [a Ps. 6. 9. Luc. 13. 27. Infr. 25. 41.]

24. *a Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.* [a Luc. 6. 48. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22.]

25. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit; fundata enim erat super petram.

26. Et omnis qui audit verba mea hæc, et non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam.

27. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna.

28. Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinam ejus.

29. *a Erat enim docens eos sicut potestatem habens; et non sicut scribæ eorum et pharisæi.* [a Marc. 1. 22. Luc. 4. 32.]

22. Plusieurs me diront en ce jour-là : Seigneur, Seigneur, n'avons-nous pas prophétisé en votre nom? n'avons-nous pas chassé les démons en votre nom? et n'avons-nous pas fait plusieurs miracles en votre nom?

23. Et alors je leur dirai hautement : Je ne vous ai jamais connus : retirez-vous de moi, vous qui faites des œuvres d'iniquité.

24. Quiconque donc entend ces paroles que je dis, et les pratique, sera comparé à un homme sage, qui a bâti sa maison sur la pierre.

25. Et lorsque la pluie est tombée, que les fleuves se sont débordés, que les vents ont soufflé et sont venus fondre sur cette maison, elle n'a point été renversée, parce qu'elle était fondée sur la pierre.

26. Mais quiconque entend ces paroles que je dis, et ne les pratique point, sera semblable à un homme insensé, qui a bâti sa maison sur le sable;

27. Et lorsque la pluie est tombée, que les fleuves se sont débordés, que les vents ont soufflé et sont venus fondre sur cette maison, elle a été renversée, et la ruine en a été grande.

